

LIII. et LVII. Sequuntur ordine suo reliqui *Prophetæ* majores et minores cum *Libris Machabæorum*, dein IV. *Evangelia*, *Epistolæ Paulinæ*, *Canonicæ*, *Actus Apostolorum*, et *Apocalypsis*. Liber quivis litera initiali cubitali picturata ornatur. Inter *Epistolam ad Coloss.* et ad *Theſſalonic.* interjecta est spuria ad *Laodicenses. I. Job. 5.* testimonium triplex sic quidem a prima manu scriptum est: *Quia et tres sunt qui testimonium dant in terra spiritus aqua et sanguis. Et tres sunt qui testimonium dant in celo Pater et verbum et spiritus sanctus. Et hij tres unum sunt;* sed notatur ita legendum: *Quoniam tres sunt qui testimonium dant in celo Pater et verbum et spiritus sanctus. Et hij tres unum sunt. et tres sunt qui testimonium dant in terra spiritus aqua et sanguis.* Praeterea omnes Libri instructi sunt Prologis *Hieronymi*, et Argumentis illis, quae illis in *Bibliis glossatis* praefiguntur; verum quaedam ante *Prophe-tas minores* tantum primis vocibus indicata sunt, quod ea Librarius vel ad manum non habuit, vel relicto spatio in aliud tempus distulit, quo exclusus est.

*Adtrabe per primum (sumnum?) medio rege, punge per imum,
Collige, sustenta, stimula, vaga, morbida, lenta.*

LIV.

R. 3173

Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 121. f. per duas, tresve columnas luculente, probeque exaratus, coloribusque illu-

E 3

LIII.

Codex membraneus lat. Sec. ^{U. 56} XIII. Folior. 153. 4. nitide exaratus et rubricis distinctus quosdam *Libros Biblicos* complectitur, quorum Index Sec. XV. scriptus fol. 1. hic est: *Isaias, XII. Prophetæ minores, Salomonis Parabolæ, Ecclesiastes, Cantica, Sapientia, Ecclesiasticus, Epistolæ Pauli, VII. Canonicæ, et Job. Lectio vulgata est. Praemittuntur passim Prologi Hieronymi, aut Summaria illa in Bibliis glossatis obvia. Inter Epist. ad Coloss. et I. ad Timoth. intercedit spuria ad Laodicenses. I. Job. c. 5. Testimonium triplex ita comparatum est: quia tres sunt qui testimonium dant in celo pater uerbum et spiritus sanctus. et hij tres unum sunt. et tres sunt qui testimonium dant in terra. spiritus aqua et sanguis. In posteriore theca possessor quidam annum 1476. notavit; anterieus vero eodem Seculo adscriptum est ingeniosum *de baculo pastorali* Distichon, quod repraesentato:*

stratus est *Liber Job, Glossa* utraque et ad latera, et inter lineas stipatus, prout in *Bibliis glossatis* habetur, praemissis etiam foliis Praefationibus et Argumentis. Quare post C. XL. V. 13. manum